

14^u X^{bris} 1782.

Absolutio D. Jacobi Gootmans
a Prioratu D. Diestensis, et
institutio in Coenonejusd. D.
D. Thomae Bogaeerts prof. et
Prioris D. Leodienses.

fr. Hilarion 86. vobis in Ch. Patribus Conventualibus D. Diestensis.
salutem et pacem ab eo qui formam servi accipiens semetipsum
exinanivit.

Quantum Adversarius noster, qui rugiens quarit quem daret,
adversus nonnullos vestrum grassatus fuerit, tum ex Patrum
Commissariorum relatione, tum ex nuperâ quatuor apostatarum
criminali fugâ, ad gemitum et lacrymas usque didicimus. —
se autem in hac nostra sollicitudinis parte aliquid neglexisse
coram tremendo iudice argui mereamur, promptum ac idoneum
tot malis ~~et~~ remedium adhibere cupientes, tenore
presentium H. v. blem. Patrum D. Jacobum Hootmans
propter lenum à Prioratu domus vestre diestensis
absolvimus, et eadem auctoritate, v. dem. Patrum domum
Thomam Bogaert, proferum ac Procuratorem D. Lodiensis
in Priorem vobis praeficimus; Mandantes omnibus Personis
ordinis in prefata domo diestensi degentibus ut illi tanquam
legitimo suo superiori obedientiam exhibeant et reverentiam.
Et Prior absolute exerceat officium ^{20. 21. ut omni} ~~Carthusiae~~ in istâ D. 86.
Nō vero Priori commendamus in vicariis Christi ut
omnes libertates contra monasticam professionem et statuta
ordinis subintroductas penitus eradicare indefesse laboret;
vigilet igitur et attendat Gregi sibi commisso, ne oves quas
Christus sui sanguinis pretio acquisivit, pereant, sed potius
ut omnes in uno vocationis suae Spiritu ambulantes, secum
ad aeternae hereditatis bravium peduxere valeat. —
Quem in finem tam pastori quam Gregi opulentum de
Caelis apprecamus auxilium. Datum Carthusiae
sub syngrapho et sigillo Conventus die 14. Xbris 1782.

infract